



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

Cap. 13. Circa suscipientes Eucharistiam

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80513](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80513)

Sectio II. De Eucharistiâ, Problemata. 53

Dominum hac particulâ in consecratione vsum.
 Sic Gabr. in 4. d. 8. q. 3. concl. 2. & lect. 38. in Can.
 Fagund. præc. 3. l. 2. c. 6. n. 2. & 17. Valq. d. 199. c. 4.
 n. 29. Holcot. in 4. q. 3. Ioan. de la Cruz de Euch.
 q. 78. concl. 2. dub. 1. Suar. d. 59. sect. 3.

Peccatum mortale non est, sed tantum veniale.
 Quia omisso particulâ. Enim est quidam leue;
 ergo leue erit piaculum, illam omittente. Ita Castr.
 Pal. in 4. tr. 2. p. 7. n. 1. Dicastil. d. 3. dub. 5. &
 dub. 7. n. 14. Diana p. 10. tr. 16. res. 3. 1. Hurt. d. 3.
 diff. 7. Henric. l. 8. c. 16. n. 4.

Sub distinctione respondeo. Si particula Enim
 ex contemptu formaliter est se directè oppo-
 nitur quia contemptus formaliter est se directè oppo-
 nitur Superiori præcepto, quod lethale est. Si ve-
 rò omittitur ex contemptu materiali, nepe quia
 non est lethale crimen, aliquid præceptum leue
 omittente ex contemptu, ratione cuius non vult
 quis seruare legem in materiâ leui, quia leuis est.

PROBL. XXXVIII.

*Valet, & non valet consecratio his verbis
 facta: Hic est Calix, nouum testa-
 mentum in meo sanguine.*

Non valet consecratio. Quia profus est con-
 traria Ecclesiæ præscriptionem imitantis for-
 mam à Christo D. in Calicis consecratione ex-
 pressam. Sic nonnulli, quos pressio nomine refert
 Suar. d. 60. sect. 2. quorum sententiam ipse inuit
 esse probabilem.

Valet equidem. Quia hanc formam verborum
 D. Lucas c. 22. & Paulus 1. Cor. 1. 1. expressere. Ita
 Henric. l. 8. c. 17. n. 3. Suar. citat. Fagund. præc. 3.
 l. 2. c. 7. n. 7. Hurtad. d. 3. diff. 3.

Hoc certissimum esse reos, sciens, Hispaniâ hac
 diu vltimâ fuisse consecrati Calicis ratione in Mis-
 siali Mozarabo edito à D. Isidoro Hispal. Archie-
 piscopo. Vnde si quis hodie præfatis verbis vte-
 retur, consecraretur quidem, sed grauiter delinque-
 ret, quia talis consecrandi ratio iam est omnino
 expuncta.

CAPVT XIII.

Circa suscipientes Eucharistiâ.

PROBL. XXXIX.

*Infantes sunt, & non sunt suscipienda
 Eucharistiâ capaces.*

QVOR de Paruulis, qui nondum
 rationis vsum attingerunt. Hi quidem
 capaces non sunt. Nam ad hoc Sa-
 cramentum cum fructu recipiendum
 requiritur, vt homo probet se ipsum, & sic de pane
 illo edat. Quod Infans præstare non potest. Et
 quia cum Eucharistiâ fructus instat nutritionis
 ad instaurandas partes actione caloris naturalis
 deperditas, ordinetur, non potest paruulus conue-
 nire, quod nihil spirituale post baptismi regenera-
 tionem amigere, quod per nutritionem spiritua-
 lem debeat instaurari. Sic Palud. Alenf. Caietan. &
 alij, quos refert Vasq. d. 21. c. 2.

Capaces planè sunt. Quia Paruuli capaces alio-
 Ezech. & Mend. Theol. Moral. T. III.

rum Sacramentorum existunt, ad quorum effe-
 ctum magis videbatur requiri rationis vsum, quam
 ad Eucharistiâ. Matrimonium quidem recipere
 non possunt, quia eius materia est contractus
 humanus qui sine rationis vfu geri non potest.
 Penitentiam, & Extremam vñtionem recipere
 non valent, quia nondum potuerunt peccata com-
 mittere, quorum maculis, vel reliquiis tollendis
 hæc Sacramenta destinantur. Alia verò Sacramen-
 ta, nempe Ordinis Confirmationis, que possunt
 valide recipere. Ergo & hoc, quod ad nutritio-
 nem, & augmentum gratiæ: quod præsupponit
 duntaxat generationem & vitam spiritualement per
 baptismum acceptam, ordinatur. Ita Vasq. citat.
 Suar. d. 62. sect. 4. Filliuc. tr. 4. m. 185. Coninch. q.
 80. n. 77. Card. Lugo d. 13. sect. 2. Henr. l. 8. c. 42.

Hanc sententiam magis approbo, quam à po-
 steriori confirmo. Vfus Ecclesiæ antiquus dandi
 paruulis Eucharistiâ, satis apertè testatur, ex in-
 stitutione diuinâ capaces esse Paruulos Eucharis-
 tici fructus: alioquin enim talis vsum extitisset
 illicitus, sicut illicitum est Eucharistiâ præbere
 Cathecumeno, vel homini mortuo, vel bruto;

quia Sacramentum effectu suo defraudatur. Sup-
 ponebant ergo Patres antiqui paruulos esse fructus
 huius Sacramenti capaces. Porro fuisse ta-
 lem in Ecclesiâ morem testatur Concil. Toletan.
 11. can. 11. Cathecism. Roman. p. 2. de Euch. §. 62.
 Trident. sess. 21. c. 4. dicens, sanctissimos illos Pa-
 tres sui facti probabilem causam temporis ratione
 habuisse, nimirum, quia cum numerus fidelium
 esset minor, & deuotio maior: poruerunt vitari
 facilius incommoda, quæ nunc præponderant
 vtilitati Paruulorum, quando numerus fidelium
 est maior, ac deuotio minor.

PROBL. XL.

*Neophyti, Energumeni, & Neophyti mox
 post conuersionem, sunt, & non sunt
 Eucharistiâ recipienda capaces.*

Vidimus sect. 1. cœleste alimentum dandum
 rusticis Æthiopibus, & similibus semisartis
 petentibus, quando citra periculum irreuerentiæ
 postulant communionem, ex quâ censentur vti-
 litatem percipere. Ministranda Religiosis, qui
 præ senio delirare ceperunt, sed adhuc retinent
 reuerentiam erga Sacramentum venerabile, &
 aliquem vsum rationis. Quæserim, tunc eadem
 Ecclesiæ pietate Neophytis, & Energumenis sit
 ministranda? Minime. Quia olim conegabatur
 communio Energumenis, quod quasi publici
 peccatores reputarentur: & Neophytis, ne non
 satis instructi in rebus fidei; aliqua irreuerentiâ
 cibum sacramentum violarent. Sic Dionys. de Ec-
 clef. Hierarch. c. 3. p. 2. Conc. Eluetic. c. 29. Pa-
 lud. in 4. dist. 8. Syluest. Euchar. 3. q. 5. casu 10.

Ministranda est eis Eucharistiâ, Energumenis
 quidem Quia hominem à dæmone possideri non
 est culpa, sed pœna, quæ non reddit illum Eucha-
 ristia incapax: immo nec indignum communio-
 ne nec tales alicubi simpliciter illa prohibentur.
 Ita Prosp. l. 4. de præd. c. 6. & Conc. Arausica. 1.
 can. 14. D. Thom. Sotus, Bonacin. apud Franc. de
 Lug. de Satr. l. 4. c. 4. n. 22. Suar. d. 69. sect. 2. Vasq.
 d. 21. c. 4. Neophytis verò. Quia sufficienter vi-
 detur esse ad communionem præparatus, qui per
 Baptismum recepit remissionem omnium pecca-
 torum

ESCOBAR
 Theol. Moral.
 Tom. II. IV.
 E. IV.

torum, & ab Eucharistia recipiet augmentum gratiae, robur contra tentamina initio conversionis insurgentia, & auxilia ad perseverandum, nec tenentur meliorem dispositionem expectare, qui credunt sibi sufficientem adesse, etsi minorem. Sanch. d. 49.

241
Auctoritas placuit.

Profecto si ob publica peccata traditus quis Sacerdos fuerit, nec poenitentiam ostendat: sicut alij publici peccatores remouendus est à mensa Eucharistica: & forsam de his Dionysius, & Concil. Eliuerritan. loquuntur, scio quidem aliquos Neophytos praesertim in Indiis Occidentalibus reputari à Parochis incapaces ob innatam gentibus stoliditatem, quapropter eos, consentientibus Praelatis, à facta mensa remouent. Attamen ob praesentem recentem conversionem communionem non prohibentur. Quare si quis Adultus baptizetur, & satis sit in mysteriis fidei instructus, quam toto corde praesumatur amplecti, potest mox post Baptismum Eucharistiam accipere. Si verò Neoph. ob minorem rationis usum, vel ob infirmorem affectum honestatis inepti communioni videantur, ex hoc capite cum pueris sunt reputandi.

PROBL. XLI.

Pueri, qui sufficientem habent usum rationis ad peccandum, & recipiendum Sacramentum Poenitentiae, possunt, ac debent: non possunt, nec debent, communicare.

242
Non debent nec possunt.

Non debent, nec possunt. Quia Eucharistia licite dari non potest illis, qui non sunt capaces dignè communicandi: sed pueri licet habeant sufficientem rationis usum ad ritè suscipiendum Sacramentum poenitentiae, non ideo sunt statim capaces dignè communicandi. Ergo non debent, neque possunt licite communicare, donec crescent rationis usu digni coelesti pabulo reperiantur. Minorem probo, nam usus rationis non circa materias omnes aequalis, ut Doctores communiter tradunt 1. 2. q. 89. cum difficilius cognitu sit una materia quam altera: difficiliusque deducantur quaedam conclusiones, quam aliae, vel quia remotiores sunt à principiis per se notis, vel quia supponunt principia supernaturalia magis praeter rationem. Sed maior usus rationis maiorem discursum requirit ad discernendum cibum spirituale à corporali, quod supponit principia fidei valde sensibus abdita, quin etiam opposita, quam ad discernendum inter bonum, & malum morale, quod est maxime connatum naturali luminis. Quamvis igitur Pueri post septennium disceant inter bonum & malum morale, ac proinde peccent, & egeant Poenitentiae Sacramento, non statim habebunt sufficientem rationis usum ad dignè communicandum: & per consequens non erunt ad communionem admittendi. Sic Hurt. de Euch. d. 1. c. diff. 4. Praepos. 3. p. 9. 80. d. 1. 1. n. 6. Merat. 3. tr. de Euch. d. 35. s. 4. n. 5. Granad. 3. p. contr. tr. 1. o. d. 3. c. 4. Valq. d. 14. c. 4.

243
Possunt, & debent.

Omnes Pueri, qui sufficientem usum rationis habent ad peccandum & recipiendum poenitentiae Sacramentum, possunt, ac debent (tempore praepri) communicare. Quia non requiritur

minor discursus ad praepceptum Confessionis, quam ad Communionis praepceptum. Debet enim poenitens perpendere peccati malitiam, ut eius detestationem concipiat, & eliciat dolorem cum vero proposito in eadem piacula non relabendi, nec commitrendi alia; debet confessionis necessitatem & integritatem callere, satisfactionem acceptare, reuerentiam ac deuotionem erga poenitentiam sacramentalem praese ferre. Qui capit haec omnia, cur etiam Christi Domini praesentiam in Eucharistia, reuerentiam erga tantum Hospitem, & dispositionem praemittendam non capiat? Ita D. Antoni. 10. 3. tit. 14. c. 12. §. 5. Palud. in 4. dist. dist. 12. q. 1. m. 5. n. 25. Cast. Pal. 1. tr. 3. d. 1. p. m. 2. q. 5. 2. n. 7. Sanch. d. 26. per totam. Philip. de la Cruz in Theaur. tr. 1. §. 11. n. 3. & Dian. p. 3. tr. 6. resol. 70. probabilem hanc sententiam proficitur.

244

Ponderi addictis vniuersae sententiae fundamentis, cenfeo nullum esse praepceptum, quod sub mortali obliget, ad denegandam Eucharistiam Pueris, qui sufficientem habent rationis usum ad recipiendum Poenitentiae Sacramentum, quod mihi persuadet praxis Ecclesiae, quae tales Pueros obligat ad audiendam Missam festis diebus. Vnde supponit, illos dignoscere, quid sit Missa, quoniam ibi repraesentetur, & offeratur: alioquin non possent, humano modo illam audire: nec illas consecratas species adorarent, nisi discernent illum epulum à communi, cui talem cultum non adhibent. Ergo sciendum est, regulariter cum usu rationis sufficiente ad peccandum adesse sufficientem discretionis lumen Pueris Catholicis, praesertim diligenter instructis, quo nouerint, discernere cibum hunc à reliquis, & latentem in eo reuereri maiestatem. Vnde colligo, Pueros, qui sunt capaces Sacramenti Poenitentiae, teneri praepcepto diuino communionis in mortis articulo. Non verò statim ac habent rationis usum, quo sint lethali piaculi capaces, & obligationis confitendi, teneri praepcepto annuae Communionis, sed per aliquod tempus prius ad confessionem obligari, donec iudicio Confessarii vel parentum Communioni destinentur.

CAPVT. XIV.

Circa dispositionem susceptorum Eucharistiam, quoad animam attinet.

PROBL. XLII.

Communicare cum peccato Veniali est, & non est Veniale peccatum.

SUPPONO, committi peccatum Veniale, quando communio fit ob finem venialem, vel contra praepceptum obligans sub veniali. Quaestio procedit, quando peccatum est habituale solum, vel actuale concomitans, v. gr. si quis, dum recipit Eucharistiam actu de mentiendo cogitaret. Igitur veniale peccatum est cum veniali peccato communicare, quando veniale concomitans habet aliquam oppositionem cum sufficiente ad communionem dispositione. Quia hic indignè aliquo

245

Veniale peccatum est.